

candam memoriam aliquo certitudinis astringantur vinculo. Huius rei gratia tam presentis quam futuri | evi hominibus notum esse cupimus, quo modo mansos aliquos nostre proprietatis, hoc est decem in villa Glasowe itemque decem in alia Glasowe nec non et decem in villa Miletiz, qui simul fiunt mansi triginta, fratribus de Cella sancte Marie
 5 tum pro remedio anime nostre tum pro congrua pecunie taxatione dedimus, omnem quoque repetitionem, quam super predio Ranstede contra fratres predictos hactenus*) habueramus, eadem ratione penitus abdicavimus, insuper et vineam eiusdem loci, quam ante non possederant, sed et medietatem silvule, que nos contingebat, eis adiecimus, quem nimirum contractum aliorumque resignationem cum consensu omnium heredum
 10 nostrorum mediante cognato nostro Theoderico marchione Misnense celebrari contigit, sub presentia ydoneorum testium, quorum nomina subter sunt annotata: Hugo prior de Doberluch. Iohannes burgravius de Lubin. Heinricus de Warin. Otto de Lichtenhagen. Rudolfus de Nienburch. Fridericus de Turgowe et Widego filius eius. Otto et Bodo fratres de Yleburch. Ulricus de Pach. Otto de Wezenich. Ditholdus de Nidekke.
 15 Martinus de Hanekarat. Reinbodo de Bichene. Herbordus de Pilatswiz^{b)} et Heinricus filius eius et alii quam plures. Acta sunt hec in villa Bichene anno ab incarnatione domini M̄ CC̄ XV̄., indictione III., tercio kal. septembris.

(S.)

209.

20 *Der wegen einiger hersfelder Lehen, wegen der Vogtei über die Stadt Hersfeld und andere Besitzungen, wegen der Münze, des Zolles und Marktrechtes in Breitungungen zwischen Landgraf Hermann I. und Abt Heinrich von Hersfeld abgeschlossene Vergleich wird von den um den Kaiser Friedrich II. zu Würzburg versammelten Fürsten, unter denen sich auch Markgraf Dietrich von Meissen befindet, auf Vortrag des Abtes Heinrich von Hersfeld und der Gesandten des Landgrafen von Thüringen*
 25 *bestätigt. Vergl. No. 210.* Würzburg, 121[5] Sept. 8.

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. Von den 8 an Pergamentstreifen hängenden Siegeln sind nur noch Reste von vieren erhalten. Phot. H. St. A.

Gedr.: Kuchenbecker, Anal. Hass. 12,335. Böhmer-Ficker 828.

30 *Ann.: Mit 1216, reg. Rom. 4, aber richtig ind. 3, pont. Innoc. 18, denn Papst Innocenz war bereits am 20. Juli 1216 gestorben. Die Einreihung kann nicht zweifelhaft sein, zumal 1216 auch das Itinerar nicht entsprechen würde.*

C. Ego Sifridus dei gratia Maguntine sedis archiepiscopus apostolice sedis legatus. Ego Cünratus Ratisponensis episcopus. Ego Ecbertus Babinbergensis episcopus. Ego Fridericus Halverstatensis episcopus. Ego Engilhartus Nuwinburgensis episcopus. | Ego Heinricus abbas Fuldensis ecclesie. Ego Cyvo abbas de Elwangin. Ego Ditericus
 35 marchio Misnensis. Ego Otto dux Meranie. Notum facimus universis Christi fidelibus, ad quos huius pagine scriptum pervenerit, quod | nobis in curia domini nostri regis Friderici, quam Wirzeburg in nativitate sancte Marie celebravit, consistentibus, dominus Heinricus abbas Hersfeldensis ecclesie cum nunciis lantgravii Thuringie comite videlicet Burkardo

^h
 208. a) actenus. b) Pilats- (Ende der Zeile) Pilatswiz (Beginn der neuen Zeile).